

stro nostro oretur, ad Equites aliquos five Templarios, five Hospitalarios pertinuisse.

Erhardus mores augmentat res et honores.

Est pius in celis intercessorque fidelis.

Item *Benedictio vini, in Festo videlicet S. Iohannis Ap. et Evang. unde exit: Sancti Jo. evangeliste*

Breuis oratio, longa potatio est vini consummatio.

Si post uina labes, non uini sed tua labes.

Folio Codici praefixo adnotatum: *Librum hunc presentem suo in testamento legauit ad domum Collegij ducalis wienne apud fratres predicatorum pro studio theologiae Egregius et venerabilis vir et dominus olim magister Thomas de hasselbach arcium et theologiae professor eximius in perichtoltzdorff (prave nunc Petersdorf) plebanus famosus atque ecclesiae ad sanctum Stephanum wienne canonicus premeritus &c. Thomae Ebendorferi dicti de Haselbach a. 1464. defuncti Acta et Scripta habes P. I. Scriptor. Univ. Vien. p. 138. Monet me Isaias noster fabellae, quam de Thoma sparfit Aen. Silvius, crediditque Tritemius, et Sixtus Senens. eum per 22. annos nequidem Caput I. Prophetiae huius praelegendo absoluisse. Tomos VI. mss. f. Praelectionum eius in 16. Isaiae Capita reperiri in Bibliotheca Univ. Vien. leges l. cit. p. 162. Nunc apud nos.*

III. fol. 157. p. 2. legitur *Officium pro Defunctis*, et ab aliis manibus Commemoratio b. *Erhardi Conf. et Pont. cum Disticho:*

vini benedictio protegat bibentes ab omni malo. Adscriptae sunt graves duae Sententiae.

LXXIV.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 130

Folior. 293. f. caractere grandi, lineis laxis ad recipiendas Glossas aptis, quae literis minoribus tam inter eas, quam in marginibus videntur, perscriptus continet I. *Jeremiam* Prophetam cum noto *Hier. Prologo* adstituta vel interfecta *Nic. Lyrani* Expositione.

II. fol. 111. p. 2. intervallum expletum est *Sermonibus* aliquot, quorum 1) *De Animabus* in illud *Job. 19. Miseremini mei* &c. 2) *De Angelis* in illud *Matth. 18. Nisi efficiamini* &c. 3) *De ultimo Iudicio* in illud II. *Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet* &c. 4) *Fragmenta* in illud *Matth. 6. Primum quaerite regnum Dei* &c. et de *Dignitate sacerdotali*.

III. fol. 117. sequitur *Isaias* *Propheta* eodem apparatus, ut supra *Jeremias*, et ad eius calcem: *Finis ysaie in 3^a feria post festum pauli ante purificationem marie.*

IV.

IV. fol. 229. eodem modo *Ezechiele*, nisi quod a C. XXXVI. v. 22. ab ipso Prophetæ textu manum abstinuerit Librarius, relictoque spatio folam *Lyrani* circumdederit interpretationem.

In exteriori Theca deprehensus est fugientibus ductibus: *M. Conradus Salter*, quem eundem puto cum *Conr. Salder de Rotnacker*, quem ab a. 1449. ter Decanatu Philosophico functum tradit *Locheri Speculum Acad.* An vero is Commentaria hæc Auditoribus praelegerit, an solum possederit, in incerto est.

LXXV.

R. 907 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 208. f. per columnas jam plures, jam pauciores luculente et eleganter exaratus, coloribus distinctus, quondamque Collegii S. J. *Viennæ* continet I. *Prophetiam Ezechiele* cum Glossa ordinaria, interlineari, et Postillis *Nic. de Lyra*, quibus facer Textus diversimode aut circumdatur, aut stipatur pro lectorum nempe commodo. Adest *Praefatio Hieronymi*, cui mox adjungitur prolixus locus *Gregorii M.* de triplici Tempore *Prophe-tiae ex Homil. I. in Ezech.* atque ita per decursum etiam interpretis iste in subsidium vocatur.

II. fol. 154. Succedit eodem modo adornata *Prophe-tia Danielis*. A Cap. XIII. five *Susannæ* Historia sensim deficiunt Glossatores, et Cap. XIV. ad v. 17. ultimus expirat Interlinearis in *ver- Denis Codd. Theol. V. II. P. I.*

ba: *Rex exclamavit voce magna*, ita commentans: *Videtur hic falli (quis? an Daniel?) quod solet dici, magnam vocem non esse nisi in sanctis tantum; sed hec pericope apud grecos non est.* Non certe apud LXX. Verum, an non meminit *Hieronymi* ad finem Cap. XII. notantis: *Cetera quae sequuntur usque in finem Libri, de Theodotionis editione translata sunt?* Ibi enim legitur: *ὁ βασιλεὺς ἔκονσεν φωνὴ μεγάλη.* Ceterum si Codex hic elegans olim pars fuit, ut videtur, universi Operis biblici glossati, dolendum sane est, partes distractas fuisse.

LXXVI.

Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 134. f. columnis binis, ternisve nitide exaratus, coloribusque speciosus complectitur XII. *Prophe-tas Minores* ab *Osea* ad *Malachiam*. Praefationibus et Argumentis solitis praemissis, et utraque Glossa tam ad margines, quam inter lineas adstituta, unde duplex character: major Textus, minor τῶν Παρεργῶν. In ora infera fol. 2. ab alia manu notatur: *Exp-positores hujus libri Apollinaris Laodicensis, Origenes, Pierius, Eusebius Caesariensis, Didymus, Hieronymus*, quorum 1. et 3. non nisi ab *Hieronymo* commemorati.

LXXVII.

Codex membraneus lat. Sec. R. 3308 primum XIII. dein VIII. Folior. nunc 179. f. utrobique eleganter exara-